qui dolum [1] solum & latam [2] culpam (si [3] non aliud specialiter convenit) præstare debuit, non pertinet. Quod si prætextu latrocinii commissi, vel alterius fortuiti casus, res, quæ in potestate heredis sunt, vel quas dolo desiit possidere, non restituuntur; tam depositi, quam [4] ad exhibendum actio, sed & in rem vindicatio competit.

De usuris.

2. Imp. GORDIANUS A. Celso.

USuræ in depositi [5] actione, sicut in cæteris bonæ fidei judiciis [6], ex mora [7] venire solent.

De usuris & de furti actione.

3. Idem A. Austero.

SI depositi experiaris, non immerito [etiam] usuras [8] tibi restitui flagitabis: cum tibi debeat gratulari, quod furti [9] eum actione non facias obnoxium. Si quidem qui rem depositam invito domino sciens prudensque in usus [10] suos converterit, etiam furti delicto succedit.

De usuris.

4. Idem A. Timocrati.

SI [11] deposita pecunia is qui eam suscepit, usus [12] est, non dubium est, etiam usuras [13] debere præstare [14]. Sed si cum depositi actione expertus es, tantummodo [15] sortis facta condemnatio est: ultra non potes propter usuras experiri. Non [16] enim duæ sunt actiones, alia sortis, alia usurarum, sed una: ex qua condemnatione facta, iterata actio rei judicatæ exceptione [17] repellitur.

De sequestro.

5. Impp. VALER. & GALLIENUS AA. & VALERIANUS C. Claudiano.

PRopter instrumenta quidem, quæ te deposuisse cum adversario tuo dicis, *Ut* [18] *residua pecunia, quæ ex conductione debebatur* [19] *soluta, ea reciperes*: si [20] id quod placuerat implesti, sequestrum [21] potes convenire: Quamvis [22] autem hæc reddita non fuerint: tamen adversus eum, a quo fundum conduxeras, si omne, quod ex contractu debebatur, reddidisti; ipsis solutionibus [23] tutus es.

Sequester instrumentorum tenetur ea reddere in casu reddendi. Bald.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Alexandro.

IS [24], penes [25] quem utramque [26] partem transactionis, vel alia instrumenta commendasse [27] dicis, legem qua hæc suscepit, servare [28] necesse habet [29].

De pecunia deposita, & a depositario credita.

7. Iidem AA. Attico.

DEsiderium tuum cum rationibus juris non congruit: nam [30] si custodiam [31] pecuniæ suscepisti, quam aliis a te [mutuo] datam [32] conscriptum instrumentum, quo hanc tibi reddi profiteris, arguit [33]: solutionem ejus competentem improbe recusas [34].

Actio depositi personalis debitoris non sequitur debitorem. Bald.

8. Iidem AA. Alexandro.

SI is qui depositam a te pecuniam accepit, eam suo nomine, vel cujuslibet alterius mutuo dedit: tam ipsum de impienda suscepta fide, quam ejus successores [35] teneri tibi certissimum est. Adversus eum autem, qui [36] accepit, nulla actio tibi competit, nisi nummi extent: tunc enim, contra possidentem uti [rei] vindicatione [37] potes.

De rebus commendatis a servo hereditario.

9. Iidem A A. Menophilo, & cæteris.

tit. 2. c. 35. 3. Harm. 9. §. 15. Syn. 13. tit. 2. c. 35. 1 *l. 20. ff. eod. 13. Syn. 2. c. 35. 5. Harm. 9. c. περὶ τυχηρῶς πεφευγότων.* 2 Non leveni, alias culpæ, id est, desidiæ aut negligentiæ non tenetur. §. 3. *Inst. quib. mod. re contrah.* Solius doli nomine tenetur. *l. 23. ff. de reg. jur.* 3 *d. §. 3. d. l. 23. l. 1. §. 6. l. 20. ff. hæ tit. l. 7. §. 14. l. 27. §. 3. ff. de pactis.* 4 *l. 1. §. 32. ff. eod. κυ τῆ περὶ ἀποκρεμάστων παρχιτάτων ὀρφανῶν κατέχει.* id est, actione rerum celatarum: amotarum. *Synop. Basil. eod.* Dixi in Nomenclatore meo ad Harmenopulum *1. tit. 3. §. 3.* in voce *ἀποκρεμάς δρεϊ.* 5 Ex mora depositi usuræ. *l. 24. in fin. ff. eod.* & fructus debentur. Paul. *2. sent. 12. §. 2.* 6 *l. 28. in fin. ff. eod. l. 32. §. 2. ff. de usur.* puta, locati. *l. 54. ff. locati.* pro socio. *l. 60. ff. pro socio.* negotiorum gestorum actione. *l. 38. ff. de negot. gest.* & aliis, quorum fit mentio, *in §. 28. Instit. de act.* 7 Idem dicendum si depositarius re deposita fuerit usus, vide *l. 3. l. 43. l. 47. eod.* 8 Hæreditatis est deposita uti actione. 9 Concursus actionis furti admittitur cum actione depositi. *l. 29. ff. eod.* pro socio. *l. 45. l. 46. ff. pro socio, & mandato. l. 22. §. 7. ff. mand.* vid. Cujac. 17. *obs.* 12. 10 *l. 4. T. eod. l. 28 in fin. l. 25. §. 1. l. 29. ff. eod.* adde *l. 1. §. 1. ff. de usur.* 11 Depositarius, sive ex deposito usuras accepit: sive ipso deposito sit usus, usuras præstat. 3. Harm. 9. §. 4. 12 Vid. *l. 3. §. eod. l. 8. §. ad exhib.* Goth. Interpretatio hujus legis vid. apud Joann. Zang. *de except. part. 3. c. 5. num.* 89. Ant. 13 Non tenetur etiam lucrum ex deposito fachim restituere: potest enim fieri, ut lucrum ex pecunia deposita fecerit: Teneri videtur, cum iniquum sit ex re mea fieri locupletiorem, cum gratuitam, integram & abstinentem ab omni lucro fidem debeat. *l. 38. circa fin. ff. de negot. gest.* & cum dolo faciat, qui id quod ad se pervenit, non reddat. *l. 1. in fin. ff. eod.* Sed non ita est: nec enim statim meum est, quod ex mea pecunia comparatur. *l. 1. T. si quis sibi vel alteri.* Quin scholastici negant usuratium ad restituendum lucrum ex usuris acceptis factum, teneri: sed ad eas tantum pecunias, quas illicite exegit. qua de re vid. plenius apud Molin. *de usur. q. 83 p. 627. 628.* lucrum hujusmodi superlucrum appellant. 14 Etiamsi mea sit mora. 15 Adde *l. 3. cerf. & adn T. de usuris rei judic. l. 49. in fin. ff. de act. empti.* 16 Imo duæ sunt. *l. 8. cerf. ibi enim duæ. ff. de eo quod certo.* Solve: Usurarum promissaram ex stipulatione, duæ sunt obligationes: usurarum ex mora unica obligatio. Hæc peti non possunt, priores possunt. *l. 23. ff. de except. rei jud.* 17 *l. 5. l. 6. ff. de except. rei jud.* 18 Sequester is est, apud quem plures in solidum rem deposuerant certa conditione custodiendam & reddendam. *l. 14. Eclog. 2. c. περὶ μισεγγυήσεων*, id est, de sequestris. adde *l. 6. T. l. 12. §. 1. & 2. l. 17. §. 1. ff. depositi. l. 110. ff. de reg. jur.* 19 A te scil. 20 Ante conditionem sequestri impletam, agi non potest. *l. 1. §. 2. in fin. ff. depositi.* 21 Quid sequester s. dixi. 22 *l. 4. 19. 23. T. de solut. & liberat.* Ratio dubitandi hic fumitur, nondum enim plene liberatus videbatur, cui obligationis instrumentum nondum erat redditum. sed non ita est: constat enim e contrario, non continuo censeri reum liberatum, etiamsi penes eum sit obligationis instrumentum. vid. *l. 20. §. de probat.* 23 Cur? solutione extinguitur obligatio. *Inst. quib. mod. toll. obl. l. 107. ff. de solut. & liberat.* 24 Id est, sequester. *l. 5. §. eod.*

25 Qui ab utraque parte, vel transactionis, vel cujusvis alterius contractus instrumenta deposita nomine accepit, necesse habet pactis stare, quibus ea suscepit. 3. Harm. 9. §. 20.

26 Id est, actorem & reum. 27 Id est, deposuisse. 28 *l. 9. §. 3. ff. de dol. mal.*

29 Nisi sponsio sit inhonesta. *l. 17. in fin. ff. de præsc. verb.* 30 Qui rem apud se depositam apud alium quempiam adhibita scriptura deposuit, haud recte quæ accepit, restituere recusat cautionem proferens, qua sese ostendit apud alium deposuisse. 3. Harm. 9. §. 2.

31 Depositarius custos. 32 Nugatur, qui hæc voce intelligit depositum. Reus hic cogitur ad solutionem. *in fin. T. eod. ibi. solut.* Depositarius non solvit, sed restituit.

33 Forte quia in eo adscriptum erat, pecuniam Titii Seio creditam fuisse ab Actico depositario.

34 Et ita qui deposuit si nullam depositi cautionem habet, poteit in subsidium probationes quærere etiam ex instrumento depositarii cum alio facto. Quod hic legimus depositarium convenirі, an ideo excluditur actio adversus eum, qui meam pecuniam a depositario mutuo accepit? vid. *l. 8. in fin. T. eod.* 35 *l. 9. in fin. T. eod. l. 12. §. 2. l. 25. ff. eod.*

36 Dixi ad *l. 13. §. de obl. & action.* 37 Vid. *l. 9. in fin. ff. de rei vind.*

38 Depositum ab hereditario servo heres actione consequi & vindicare poteit. 3. Harm. 9. §. 10.

39 Vid. *l. 31. ff. de her. instit.* 40 *l. 1. §. 29. ff. eod. l. 16. ff. de obligat. & action.*

41 *l. 8. §. eod.* 42 *l. 1. l. 6. §. 6. de his, qui notant.* 43 Ad intellectum hujus legis vide Bellon. *lib. 4. supputat. cap. 6.* & an posterior pars sit abrogata per *Novell.* 88. vid. Rittershus. *expost. Novell. part. 3. c. 1. n. 10.* Ant. Adde Boër. *decis.* 395. *num.* 7. Cagnol. *ad l. contractus* 23. *ff. de reg. jur. num.* 16. S. L. 44 Id est, de quibus depositum contitat aliquo instrumento. Quæritur autem, an id locum habeat in deposito confesso? locum habere ostendit Roland. a Valle *1. cons. 17. n. 2. 3. 4. 5. & seq. quod consilium omnino vide; est enim & prælegans & varia doctrina refertum.* 45 Quam celeriime. *vers. sed & §. T. eod.* prima fronte. *vers. quod obtinere. in fin.* quam ocyssime. *in fin.* hinc colligunt, Instrumentum depositi habere executionem paratam. vid. Roland. a Valle *a. cons. n. 2.* 46 Depositarius deponenti suum depositum repetenti obsicere hæc non poteit, compensationem, deductionem, doli exceptionem, actionem personalem, in rem hypothecariam. 47 Compensationi locus non eit in causa depositi. Paul. *2. sent. 12. §. 3. l. 14. in fin. §. de compensat. Novell.* 88. *cap. 1. §. 30. vers. sed nostra. Inst. de act.* 3. Harm. 9. §. 22. *§. in bona fides. Inst. de act.*

48 Deductio eit partis: compensatio totius interdum & partis. 49 *d. l. 14. in prine.* 50 Hæc verba significant, bonæ fidei accessionem esse. vid. Cujac. 17. *observ. 4.* 51 Quod bonæ fidei eit, ad perfidiam non eit trahendum. 52 Prima fronte, id eit, illico. *in pr. §. eod. & T. eod.* quam ocyssime. 53 Facit *l. 29. ff. de judiciis.*

54 Illico. *§. eod.* 55 Protestatio tertii facta depositario non poteit remorari, vel impedire depositi mei restitutionem. 56 Illico. vid. *§. eod.* 57 In aliis caufis poteit debitori fieri denunciatio, ne solvat creditori. vid. *l. 8. ff. de leg. commissor.* 58 Differentia videtur in eo fuisse: Pecuniam numeratam deponitam pro parte hereditaria restitui uni heredum deponentis posse quidam existimantur: neque eo nomine coheredem a reliquis coheredibus convenirі posse, aliis partibus pecuniæ, casu fortuito, apud depositarium peremptis, sibi denique recte partem suam accepisse, & in ea accipienda vigilasse. Massam vero auri, argenti facti, vel infecti, massam inquam, vel speciem argenti depositam recte quidem restitui pro parte hereditaria heredi putabant; verum si partes reliquæ casu fortuito periissent apud depositarium, censebant eum heredem qui partem suam in specie, vel massa ita accepisset, recte convenirі a coheredibus. Hanc differentiam tollit Justinianus, hoc constituto, ut ne qui heres sibi vigilaverit in parte sua depositi recipienda, eo nomine a coheredibus conventatur aliis partibus casu peremptis apud depositarium: sive pars restituta depositi in pecunia, sive in massa, sive in specie consistat, non hoc magis, quam illo modo, heredem coheredibus suis obnoxium esse. 59 *l. 1. §. 36. ff. eod.* 60 Vid. *l. 1. §. eod.*

61 Suum qui recepit, coheredi aut socio non obligatur. *l. 38. ff. familiæ ercisc. l. 62. ff. professionib. l. 31. ff. locati.* excipe *l. 22. ff. familiæ ercisc.* 62 Quid si legamus, *heres.* Eit enim species hujus constitutionis in herede partem suam depositi recipiente. 63 Industrii præsus negligentium non solvunt.

TIT.

TIT. XXXV.

MANDATI [1] VEL CONTRA. [2]

De sumptibus & de salario.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Leonidæ.

ADversus [3] eum cujus negotia gesta sunt, de pecunia, quam de propriis opibus, vel ab aliis [4] mutuo acceptam erogasti, mandati actione pro sorte & usuris [5] potes experiri. De salario [6] autem quod promisit, apud Præsidem provinciæ cognitio præbebitur.

De sumptibus & de pignoribus.

2. Iidem AA. Marcello.

CUm ex causa fidejussionis pecuniam patrem tuum exsolvisse [7] proponas; habes [8] mandati actionem: qua non solum pecuniam: sed etiam pignora [9] in obligationem deducta, potes consequi.

Si is, qui actionem mandavit, egerit.

3. Iidem AA. Germano.

SI pater tuus tibi sui juris constituto actionem adversus debitores suos mandavit: potuit & ipse præsens adversus eos re [10] integra experiri. Si quid itaque ab eo apud judicem actum est, rescindi nulla ratio patitur.

De sumptibus.

4. Imp. ALEX. A. Vulnerato.

ETiam [11] si contrariam sententiam reportaverunt, qui te ad exercendas causas appellationis procuratorem constituerunt: si tamen nihil culpa tua factum est, sumptus [12] quos in litem probabili [13] ratione feceras, contraria [14] mandati actione petere potes.

De bonorum possessione a procuratore neglecta.

5. Idem A. Guliano.

SI maritus sororis tuæ tibi procurans petere bonorum possessionem noluerit, cum ipso tibi congrediendum est: quam querelam ita cum effectu habes, si mandasse te, ut peteretur bonorum possessio, eumque neglexisse [15] arguas.

De tacito mandato.

6. Imp. GORDIAN. A. Sosibio.

SI fidejussor pro reo patiente [16] fidem suam adstrinxerit, mandati [17] cum eo post exolutam pecuniam, vel factam condemnationem, potest actionem exercere.

De pecunia credita.

7. Idem A. Aureliano.

SI literas ejus secutus [18], qui pecuniæ actor [19] fuerit, ei qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti: tam condictio adversus eum, qui a te mutuam sumpsit pecuniam, quam adversus eum, cujus mandatum secutus es, mandati actio tibi competit. [20]

De pecunia credita, & de pignoribus.

8. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Lucio.

SI tibi pupillorum pater, ut pecuniam in rem suam servis ejus crederes, mandavit [21], & in hanc rem [æque] ipso præcipiente pignora [22] sunt obligata: & mandati actione pupillos [23] post mortem patris convenire, & exequi [24] jus obligationis pignorum poteris, si in solutione cessabitur.

De causa per procuratorem læsa.

9. Impp. DIOCLET. & MAXIM. A A. Marcello.

CUm per procuratorem causam tuam læsam [25] esse dicas, mandati actio adversus eum tibi competit.

An intercessor, qui nondum solvit, mandati agere possit.

10. Iidem AA. Papio.

SI pro ea contra quam supplicas, fidejussor seu mandator intercessisti; & neque condemnatus [26] es, neque bona [sua] eam dilapidare [postea] cœpisse comprobare possis, ut [tibi] justam [27] metuendi causam præbeat, neque ab initio ita te obligationem suscepisse, ut eam possis & ante [28] solutionem convenire: nulla juris ratione, antequam satis creditori pro ea feceris, eam ad solutionem urgeri certum est. Fidejussorem vero seu mandatorem exceptione munitum, & injuria [29] Judicis damnatum, & appellatione [30] contra bonam fidem minime usum, non posse mandati [31] agere manifestum est.

De gestis, vel non gestis, de dolo, & culpa, de sumptibus.

11. Iidem A A. Cajo.

PRocuratorem non tantum pro his, quæ gessit, sed etiam pro his quæ gerenda suscepit [32], & tam propter exactam ex mandato pecuniam quam non [33] exactam, tam dolum [34], quam culpam sumptuum [35] ratione bona [36] fide habita, præstare necesse est.

De tenore mandati servando.

12. Iidem A A. Firmo.

CUm mandati negotii contractum certam [37] accepisse legem adseveres: eam integram secundum bonam [38] fidem custodiri convenit. Unde si contra mandati tenorem procurator tuus ad te pertinentem fundum vendidit, nec venditionem postea ratam [39] habuisti: dominium tibi auferre non potuit.

De dolo, culpa, casu.

13. Iidem A A. Zosimo.

A Procuratore dolum [40] & omnem [41] culpam, non etiam improvisum [42] casum præstandum esse, juris autoritate manifeste declaratur.

De eo, quod duorum voluntate uni eorum datum est.

14. Iidem AA. Hermiano.

SI secundum mandatum Triphonis & Felicis equos tua pecunia comparatos, vel in solutum a proprio debitore tibi traditos, uni [43] de his utriusque voluntate dedisti: ad parendum placitis eos mandati judicio conventos bona fides urget.

De morte domini.

15. Iidem AA. Precatio.

MAndatum re integra domini morte [44] finitur. [45]

Si mandatarius fidem rumpat.

16. Iidem AA. Uranio.

AD comparandas merces data pecunia, qui mandatum suscepit, fide rupta, quanti [46] interest mandatoris, tenetur.

De salario.

17. Iidem AA. Gorgonio.

SAlarium [47] incertæ pollicitationis peti non potest.

De eo, pro quo intercessum est, & de ejus successoribus. De mora, & de usuris.

18. Iidem AA. Tusciano.

POst solutionem a se factam, qui dari mutuo mandavit, ab eo pro quo intercesit, vel successoribus ejus, quod solutum est, etiam cum usuris [48] post moram recte postulat.

De usuris & pignoribus.

19. Iidem A A. Eugenio.

PRetii rerum distractarum, quas venales præcedente mandato acceperas, ultra licitum [49] usuras ex stipulatione, vel mora præstare (licet pignora data probentur) compelli non potes.

De eo, qui incertum litis redemit. 1. De sumptibus.

20. Iidem AA. Epagatho.

SI contra licitum, litis [50] incertum redemisti: interdictæ conventionis tibi fidem impleri frustra petis. §. 1. Quod si gratuitum mandatum suscepisti, secundum bonam fidem sumptus [51] recte postulas.

De pecunia, fama & culpa.

21. Imp. CONSTANTINUS AA. Volusiano P. F. P.

IN re mandata non pecuniæ solum, cujus est certissimum mandati judicium, verumetiam existimationis [52] periculum est. Nam suæ quidem quisque rei moderator [53] atque arbiter, non omnia negotia, sed pleraque ex proprio animo facit: aliena vero negotia exacto [54] officio geruntur: nec quicquam in eorum administratione neglectum [55] ac declinatum culpa vacuum est.

1 Vid. 17. *D. 1.* adde 14. *Ecl.* 1. Oldend. *class.* 4. *act.* 24. 2 Mandati directa competit ei, qui mandavit: Contraria ei, cui mandatum est. vide *l.* 4. *T. eod.*

3 Contraria mandata datur in mandatorem. 4 Procurator potest a tertio quodam mutuam pecuniam accipere, explicandi mandati negotii causa. 5 *l.* 12. §. 9. *ff. eod.* Paul. *2. sent.* 15. §. 2. 6 *l.* 17. *T. eod. l.* 7. *ff. eod.* Goth. Adde *l.* 1. §. *in honorariis de extr. cogn. & l.* 1. *C. de suffrag.* Ant. 7 Fidejussor pro reo potest solvere. 8 Heredibus fidejussoris competit contraria adversus reum principalem. 9 Id est, detrimentum aut damnum pignoribus, quæ creditori dederas, debitoris principalis causa.

10 Id est, ante item contestatam. *l.* 16. *ff. de procur.* 11 Ratio dubitandi hæc fuit *in l.* 56. *ff. eod. l.* 10. §. 1. *ff. de negot. gest.* 12 *l.* 5. *l.* 56. *in fin. l.* 46. §. 6. *ff. de procur.*

13 *l.* 27. §. 4. *ff. eod. l.* 38. *ff. de rei vind. l.* 3. *ff. de contr. tut.* 14 *l.* 1. §. *eod. l.* 10. §. 9. *l.* 12. §. 9. *ff. eod. l.* 46. §. 5. *ff. de procur.* 15 Mandatarius, si quid in rem domini necessarium, aut jam cœptum neglexit, tenetur. *l.* 11. *T. eod. l.* 5. 6. §. 1. *in fin. l.* 8. §. 4. §. 10. 22. *in fin. l.* 27. §. 2. *ff. eod. l.* 17. §. 3. *ff. commodati.* 16 Qui patitur pro se fidejubere, videtur mandare. *l.* 6. §. 2. *ff. eod.* patientia mandati species est. 17 *l.* 2. §. *eod.*

18 Qui mandavit credi. *l.* 8. *T. eod. l.* 27. *in fin. ff. eod. l.* 5. §. *de exercit. l.* 13. *ff. de fidejussor.* qui simpliciter commendavit. *l.* 12. §. 12. *ff. eod. l. ult. §. quod cum ex. l.* 65. *ff. de adquir. rer. dom.*

19 Id est, dispensator. 20 Ordine tamen servato discutiendis & dividendis. *Nov.* 4. *c.* 1.

21 *l.* 7. §. *eod.* 22 Ut *l.* 2. *in fin.* §. *eod.* 23 Heredes scil. *l.* 4. *in fin. ff. de fidejussoribus.* dixi ad *l.* 4. §. *de hereditar. action.* 24 Vide *l.* 17. *T. de fidejussoribus.*

25 *l.* 8. §. 1. *ff. eod. l.* 10. §. *de procur.* 26 Fidejussor non agit actione, nisi condemnatus sit, aut reus bona sua dilapidet & evertat. *l.* 38. *in fin. ff. eod. l.* 45. *ff. de fidejussoribus.*

27 Fidejussionis longe pertæsus ab ea se liberari recte potest petere: & eo nomine adversus eum cujus causa fidejussit, agere. 28 Ut fidejussionis onere liberetur. vide Socin. *reg.* 147. *l. Lucius.* 38. *ff. mandati.* Goth. An & quando ante solutionem ad liberationem agere possit fidejussor, vide Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 41. *l.* 2. *centur.* 1. Christin. *decis.* 138. *col.* 1. Guidon. Pap. *decis.* 117. Ant. Adde Valentin. Franc. *de fidejuss. cap.* 5. *num.* 559. *& seq.* Matth. Coler. *de processib. executiv. part.* 1. *c.* 10. *num.* 310. *& seq.* Andr. Gail. *l.* 2. *observ.* 29. *num.* 3. *& seq.* Joann. a Sande *l.* 3. *tit.* 10. *defin.* 7. S. L. 28 Vide Socinum *reg.* 148. 29 *l.* 67. *ff. de fidejussoribus.* 30 Fidejussor condemnatus appellare debet: alias, si citra appellationem oppositam solverit, non reperet. *l.* 8. §. 8. *l.* 29. *in pr. l.* 48. *ff. eod.* 31 Mandati agis. *in fin.* §. *l.* 21. *in fin.* §. *eod.* 32 Adde, nec gessit. 33 Vide *l.* 12. §. 9. *l.* 27. §. 4. *ff. eod.* 34 *l.* 13. *T. eod.* 35 Vide *l.* 4. *l.* 14. §. 1. *l.* 10. §. 9. communi. 36 *l.* 1. *eod.* 37 Id est, aliam a vulgari & *l.* 38. *l.* 11. §. *eod. l.* 16. *l.* 59. §. 1. *in fin. ff. eod.* 38 Id est, aliam a vulgari & firmatur alias inutilis venditio. 39 Ratihabitione. *ff. de reg. jur.* 40 *l.* 11. §. *eod.* 41 Etiam levem. dixi ad *l.* 23. *pignorat. l.* 15. §. 2. *ff. locati.* 42 Casus a nemine præstare. Hoc ut verum sit, dixi ad *l.* 6. §. *de teri illi videtur traditum. Salic.* 43 Quod uni socio tradiur alterius voluntate etiam alin *pr. l.* 27. §. 3. *ff. eod. l.* 8. §. *de oblig. & action. l. ult. ff. de solutionib. & liberat.* §. item *§ adhuc. ff. mandati.* aliis etiam causis finitur. 45 Fallit in pia causa. *arg. l. si ego* 9. §. 1. *ff. de jure dotium.* si mandator tenebatur id facere, quod mandavit. *Glossa in l. fundi venditor.* 33. *ff. de adquir. vel amitt. possess. c. si super gratia.* 9. *de offic. jud. deleg. in* 6. fallit quoque favore pacis: dum ineundum, vulnerato postea mortuo, cum adversario detinuti recte transigere & pacisci posse. Bald. *in addit.* Speculat. *tit. de homicidio.* 46 *l.* 8. §. 6. *ff. eod.* 47 Vide *l.* 1. *in fin.* §. *l.* 56. §. 3. *ff. eod.* 48 *d. l.* 1. 49 Puta duplum, vide *l.* 27. §. 1. §. *de usur.*

50 ὁ μὴ σκόπευσις τῶν ἀδικεῖν ἀλλὰ τὸ ἀδικεῖν, &c. Qui alienam litem redemit impleri promissa in hac causa recte non petit: nec enim mandati actionem habet. Qui vero mandat pro nomine litem alicujus suscepit, sumptus factos repetere poteit, *Synop. Basil.* 14. περὶ ἐγγυήσεων, ubi ἐγγυᾶσθαι, id est, mandare. *l.* 6. *t. de verborum significat.* §. 30. vide *l.* 15. §. *de pactis.* 51 *tit. ne liceat potentiori. patrocin.* adde Cujac. 8. *observ.* 31. 52 *l.* 1. *l.* 6. §. *ff. de his, qui notant.* 53 Vide *l.* 8. §. *de Judaeis.* 54 Id est, cum omni diligentia. 55 Dixi *l.* 1. §. *eod.*

De redemptoribus litium.

22. Imp. ANASTASIUS A. Eustachio PP.

PEr diversas interpellationes [1] ad nos factas, comperimus quosdam alienis rebus fortunisque inhiantes [2], cessiones aliis competentium actionum in semet exponi properare [3]: hocque modo diversis personas litigatorum vexationibus afficere: cum certum sit, pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus antea suppetebant, [jura] sua vindicare, quam ad alios ea transferre velle. Per hanc itaque legem jubemus, in posterum hujusmodi conamen inhiberi: nec enim dubium est redemptores [4] litium alienarum videri eos esse, qui tales cessiones in se confici cupiunt: ita tamen, ut si quis datis pecuniis hujusmodi subierit cessionem, usque [5] ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum quantitatem, & usurarum ejus actiones exercere permittatur: licet [6] instrumento cessionis, venditionis [7] nomen insertum sit: exceptis [8] scilicet cessionibus, quas inter coheredes pro actionibus hereditariis fieri contingit: & his quascunque, vel creditor, vel is qui res aliquas possidet, pro debito, seu [9] rerum apud se constitutarum mutuamine ac tuitione accepit: nec [10] non his quas inter legatarios, seu fideicommissarios, quibus debita, vel actiones seu res aliæ relictæ sunt, pro his fieri necesse sit. Nulla etenim tali ratione intercedente redemptor (sicuti superius declaratum est) magis existit, qui alienas pecuniis præstitis subiit actiones. Si autem per donationem [11] cessio facta est: sciant omnes hujusmodi legi locum non esse: sed antiqua jura esse servanda: ut cessiones, tam pro exceptis & specialiter enumeratis, quam aliis causis factæ seu faciendæ secundum actionum, quæcunque cessæ sunt, vel fuerint, tenorem, sine quadam imminutione obtineant.

23. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni PP.

AB Anastasio divæ memoriæ principe justissima constitutio [12] conscripta est tam humanitatis quam benevolentiæ plena: Ut ne quis alienum subeat debitum cessione in eum facta, & ne [13] amplius a debitore consequatur his quæ præstitit cessionis auctori, exceptis quibusdam casibus, qui specialiter illa sanctione continentur. Sed cum hi qui circa lites morantur, eandem piam dispositionem in sua natura remanere minime concesserint, invenientes machinationem, ut partem quidem debiti venditionis titulo transferant in alium creditorem, reliquam autem partem [14] per coloratam cedant donationem: generaliter Anastasianæ constitutioni subvenientes, sancimus nulli licere partem quidem debiti cedere pecuniis acceptis, [&] venditione actionum habita; partem autem donationis titulo videri transferre: sed si voluerit debitum totum [15] pure donare, & per donationem actiones transferre: non occulte, nec per artes clandestinas pecunias suscipere, publice autem simulatam donationem celebrare, sed undique puram, & non dissimulatam facere donationem: hujusmodi enim cessionibus non adversamur. §. 1. Si quis autem occulte aliud quidem agere conatur, & pecunias pro parte accipit, & vendit particulatim actiones, partem autem donare simulat, vel ipsi qui emptionem actionis [partem] subit, vel forsitan alii per [16] suppositam personam, (quia & hoc sæpius perpetratum esse didicimus) hujusmodi machinationem penitus amputamus, ut nihil amplius accipiat, quam ipse vero contractu re ipsa persolvit: sed omne, quod superfluum [17] est, & per figuratam [18] donationem translatum, inutile [19] esse ex utraque [20] parte censemus: & neque ei qui cessit actiones, neque ei qui eas suscipere curavit, aliquid lucri, vel fieri, vel remanere, vel aliquam contra debitorem, vel res ad eum pertinentes esse utrique eorum actionem. §. 2. Sed & si quis donationem quidem omnis debiti facere adsimulaverit, ut videatur esse tota donatio: aliquid [21] autem occulte susceperit: & [in] hoc casu tantummodo exactionem sortiri [ejus] quod datum esse comprobetur, & si hoc a debitore persolvatur, nulla contra eum vel substantiam ejus ex dissimulata donatione oriatur molestia. §. 3. Et justum quidem fuerat hoc remedium debitoribus ab Anastasianis temporibus impertiri, ex quibus etiam lex data est, quam homines astute lacerandam esse existimaverunt. Sed ne videamur in tanta temporum nostrorum benevolentia aliquid acerbius admittere: in futuris [22] post præsentem legem casibus [hæc] observari censemus: ut omne quod contra legem Anastasianam excogitatum est, hoc in posterum nostro perfruatur remedio.

24.

PRæsens [23] constitutio mentionem facit constitutionis Anastasii divæ memoriæ, quæ facta est de cessionibus; quæque vult ei, qui pecunias dederit, actiones cedi: nihil tamen amplius exigi permitti quam quod re ipsa dederit. Inveniens autem in ea quasdam personas exceptas, præcipit, & in iisdem personis [24] hanc legem observari, neque superioris legis exceptione uti, sed ut emptor pecunias recipiat aut usuras. Quod si donatio simpliciter actionum fiat, lex jubet cessionem donationum causa factam valere, nisi forte circumveniendi animo facta sit.

TIT. XXXVI.

SI SERVUS [25] EXTERO SE EMI MANDAVERIT.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Dionysiæ.

SI servus [26] extero se mandaverit emendum, quamvis [27] nec ex [persona] servi (quia hoc liber mandare non potest) nec ex domini persona (quoniam qui mandat ut a se res comparetur, inutiliter mandat) consistere credebatur actio: tamen optima ratione, quia non id agitur, ut ex ipso mandato, sed propter mandatum ex alio contractu nascatur actio, domino quæri placuit obligationem. Si itaque domino ignorante emi te mandasti, ac te nummos subministrante [28] peculiares soluti sunt, emptori minime liberatio per hujusmodi factum potuit pervenire. Nec tamen si tradita, nec manumissa es: etiam mandati de ancilla, & empti de pretio consequendo contrarias [29] actiones ei exercere concedi placuit. Sane in illius arbitrio relictum est, utrumne mancipium an pretium consequi velit, cum ex peculio, quod ejus fuit, solutio celebrata obligationis vinculo emptorem liberare non potuerit.

TIT. XXXVII.

PRO SOCIO. [30]

Si unus pecuniam, alius operam conferat.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aurelio.

SOcietatem, uno [31] pecuniam conferente, alio operam, posse contrahi magis obtinuit.

De prædio communiter empto.

2. Iidem AA. & CC. Pantonio.

CUm proponas, te prædium, conjuncto dominio cum patrono [32] tuo comparasse, in possessionemque tam te quam ipsum inductum [33], juris ratio efficit, ut dominium fundi ad utrumque pertineat. Sane, quia pretium ate solo numeratum, & solennibus pensitationibus, cessante socio, satisfactum esse dicis: judicio societatis id quod eo nomine præstari oportuerit, consequêris.

De bona fide. De herede.

3. Iidem AA. & CC. Victorino.

CUm in societatis contractibus fides [34] exuberet, conveniatque æquitatis rationibus etiam compendia [35] æqualiter inter socios dividi: Præses provinciæ, si patrem tuum salinarum [36] societatem participasse, & non recepta communis compendii portione rebus humanis exemptum esse perspexerit, commodum societatis, quod deberi juxta fidem veri constiterit, restitui tibi [37] præcipiet.

De causa testati, vel intestati.

4. Iidem AA. & CC. Celeri.

SI societatis jure, vel transactionis stipulatione subdita bonorum omnium æquis partibus inter te, & Faviam divisionem recte fieri placuit: quominus hæc rata ferventur, nihil [38] interest, utrum testatus, qui fuerit obligatus, an intestatus, rebus sit humanis exemptus.

De consensu.

5. Iidem AA. & CC. Theodoro.

TAmdiu societas durat, quamdiu [39] consensus partium integer perseverat. Proinde si jam tibi pro socio nata est actio, eam inferre apud eum, cujus super ea re notio est, non prohiberis.

De conditionibus.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni PP.

DE societate apud veteres dubitatum [40] est, si sub conditione contrahi potest: puta *Si ille Consul fuerit*, societatem esse contractam? Sed ne simili modo apud posteritatem, sicut apud antiquitatem hujusmodi causa ventilentur: sancimus societatem contrahi posse non solum pure, sed etiam sub [41] conditione [42]: voluntates etenim legitime contrahentium omnimodo conservandæ sunt.

1 Ad interpretationem hujus & seq. leg. vid. omnino Joann. a Sande de actionum cessione *cap.* 11. Ant. 2 Et quasi vorantes. vide *l.* 2. §. *ne liceat potentioribus.* 3 Præparare. vide Cujacium 16. *observ.* 24. 4 Redemptores litium sunt, qui lites alienas sibi cedi faciunt. Res litigiosa vendi non potest. vide Cujacium 8. *obs.* 31. 5 Cessione empti nominis nemo ulterius uti potest, quam ad quantitatem soluti pretii. Hoc est, Redemptor, sive is in quem alienæ litis facta cessio est, amplius recipere, quam pro pecuniarium præstitarum, & usurarum competentium quantitate, non potest. *Synopsis Basil. eod. cap.* 83. In Gallia hæc constitutio locum non habet, ubi cessionarius integrum debitum potest petere. Inhertus *in Enchiridio in verb. pecunias pecuniarias.* adde Cujac. 10. *obs.* 3. 6 Cessio juris non valet, nisi in instrumento causa cessionis adjiciatur: puta vendit onis, *ut hic.* hoc tamen locum habere negat Marsilius, *singulari* 45. quoties debitor, adversus quem jus cedo, præsens est, nec contradicit, ut eo casu non possit simulationis exceptionem objicere adversus hujusmodi cessionem: *atque ita vetustissime* Baldum *in l. cum essent.* §. *in fin. ff. de servitt. rustic. prædiorum.* 7 De hujusmodi fraudibus, dixi ad *l.* 5. §. *de legibus, & ad l.* 29. §. 1. *ff. eod.* 8 Nota primam exceptionem regulæ: cujus sensus hic est: Res litigiosa inter coheredes potest dividi. 9 Secunda exceptio ad pignora pertinet, hoc sensu: Res litigiosas pignorari posse & in solutum dari. 10 Tertia exceptio: cujus hæc sententia est: Possessori res alienæ inherenti æstimationem litis, dominum cedere actionibus suis posse: ut *l.* 63. *ff. de rei vind.* vide Cujac. 16. *obs.* 16. 11 Quarta excepto, cujus hæc sententia: Res litigiosa donari potest. Tres alias exceptiones enumerat Paponius 1. *Notar.* 2. *c. des ventes fol.* 87. quæ meo judicio in superiores incidunt. 12 *L.* 22. §. *eod.* 13 Id ut observetur in Gallia, dixi ad *l.* 22. §. *eod.* 14 Colorata donatio, non confirmat inutilem venditionem. 15 Res litigiosa in totum donari potest, pro parte vendi non potest: hoc ante Justinianum fecit. 16 Alia persona abuti in fraudem legis non possumus. 17 Utile per inutile non vitiatur. *l.* 8. §. *si certum. l.* 20. *l.* 29. *ff. de usuris.* 18 Figurata donatio, *ut hic.* colorata. §. *eod.* 19 In Gallia non est inutile, ut dixi §. *ad l. penult.* addit Paponius 1. *Notar.* 2. *cap. des ventes fol.* 86. & *seq.* hujusmodi cessiones in Gallia in quovis permitti, dummodo non sint potentiores, quod in nobilibus, scholasticis, officialibus regiis, quibus fori privilegium competit, maxime apparet. 20 Justinianus hoc addidit constitutioni Anastasianæ. Ea enim superfluum juris pretii numerati ex re litigiosa, auferebat emptori, non venditori. 21 Pretii scilicet, aut pecuniæ. 22 Dixi ad *l.* 7. §. *de legibus.* 23 Hanc constitutionem restituit Cujac. 16. *obs.* 16. 24 Latina interpretatio. 25 *L.* 54. *ff. mandati.* 26 *D. l.* 54. 27 Hoc est, τῷ οἰκείῳ ἀκουσθεὶς ὡς ἰδίῳ δούλου τοῦ ἀγοραζομένου &c. hoc est, stricta quidem ratione dominus actionem non habet, quoties servus alicui se mandavit emendum a domino, & emancipandum: verum quia propter mandatum alius contractus nascitur, idcirco emptor domino solvens pretium ex servi peculio, ab empti actione non liberatur, quum servus de suo solverit. Sed in arbitrio domini est, utrumne mancipium recipere velit, an pretium petere. *Syn. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 14. *tit.* 1. *c.* 84. 28 *L.* 7. §. *de act. empt.* 29 De exceptione ineptæ cumulationis vide Oldendorpium *cap.* 22. *de except.* 30 Dixi 17. D. 2. adde Oldendorp. *classf.* 4. *act.* 21. Papon. 15. *Arrest.* 2. *de communauté* 31 §. 2. *vers. nam & ita Instit. eod.* 32 Adi Bartholum *hic.* & adde quod emens rem nomine suo & alterius, fed qui ex causa societatis in focium agit. 33 Ad Bartholum *hic.* & adde quod emens rem nomine suo & alterius, præsumitur emisse propria pecunia, ideoque qui partem rei consequi vult, tenetur partem pretii reddere, nisi aliud probet. Boer. *decis.* 23. Berous *q.* 46. *num.* 3. Rom. *cons.* 374. Dec. *cons.* 348. *n.* 4. & *cons.* 442. *n.* 38. Alex. *cons.* 78. *n.* 5. *vol.* 2. & *cons.* 77. *vol.* 6. & *cons.* 134. *vol.* 5. Cravetta *cons.* 129. Mod. 33 Qui prædium simul emunt, quique in illud simul inducuntur, tacitam inter se communionem habent. *l.* 31. *ff. eod.* Quid si eorum unus pretium numeravit? quid si solus fundi pensitationes præstitit? partem socio condicet. 34 *L.* 78. *in fin. ff. eod.* 35 *L.* 52. §. 4. *in fin. ff. eod.* 36 *L.* 63. §. 8. *ff. eod.* 37 Hereti scilicet. Actio pro socio datur etiam heredi, & in heredem. *d.* §. 8. 38 Sensus est: Societatem non desinere scripturam, aut servorum proprietatem, id est, propriam solemnemque formulam. *l.* 2. *ff. de oblig. & act.* quanquam & res & verba intervenire nihil vetat. 39 §. 4. *Inst. l.* 4. *l.* 63. *in fin. ff. eod.* 40 Cur de eo dubitabitur? Societati mancipatio inest, ut & emptioni mancipatio, id est, mancipatio, quæ venditio fuerit? Societati mancipatio inest, ut & emptioni mancipatio, id est, mancipatio venditio. Ulp. 19. §. 2. nec recipiebat conditionem. vide quæ dixi ad *l.* 77. *ff. de reg. jur.* Hodie imaginaria venditio fabitur. *l.* 54. *ff. de obl. & act.* & consequenter placet societatem sub conditione contrahi, *ut hic.* ut & emptionem. §. 4. *Inst. de empt.* & locationem. *l.* 20. *ff. locati.* & transactionem, *l.* 9. §. *de transact.* 41 *L.* 1. *ff. eod.* 42 Sub conditione societas potest contrahi, *ut hic.* ut ex tempore & ad tempus. 3. Harmen. 10. §. 1. *l.* 1. *ff. eod. Synopf. Basil.* 10.

De curatore furiosi.

7. Idem A. Joanni PP.

SAncimus, veterum dubitatione semota, licentiam habere furiosi curatorem [1] dissolvere, [si maluerit,] societatem furiosi, & sociis licere ei renunciare [2]. Et quemadmodum in omnibus contractibus aliis legitimam auctoritatem ei dedimus, ita & in hac parte eum permittimus competenter commodis furiosi providere. Dat. CP. post Consulat. LAMPAD. & OREST. 531.

TIT. XXXVIII.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE [3], ET VENDITIONE.

De loco.

1. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Paulo.

VEnditiones, etsi in alio [4] loco [5], quam [in] quo possessiones constitutæ sunt, [fiant,] non ideo irritæ esse creduntur.

De consensu, & de furiosis.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Avito.

EMptionem, & venditionem consensum [6] desiderare; nec furiosi ullum [7] esse consensum manifestum est. Intermissionis [8] autem tempore furiosos majores vigintiquinque annis venditiones [9], & alios [10] quoslibet contractus [11] posse facere non ambigitur.

De simulatione.

3. Iidem AA. Valeriæ.

SI donationis [12] causa, venditionis simulatus contractus est: emptio [in [13]] sui deficit substantia [14]. Sane si in possessionem rei, sub specie venditionis, causa donationis, *Ut te aleret*, induxisti: sicut perfecta donatio facile rescindi non potest; ita legi [15], quam tuis rebus donans dixisti, parere convenit.

De emptione rei propriæ, vel sibi donatæ.

4. Iidem AA. Luciano.

CUm res tibi donatas ab herede donatricis [tibi] distractas [esse] proponas, intelligere debueras duplicari tibi titulum possessionis non [16] potuisse, sed ex donatione & traditione dominum [17] factum [te] frustra emisse: cum rei propriæ [18] emptio non possit consistere. At tunc demum tibi profuit [19], si ex donatione te non fuisse dominum demonstretur [20]. [Sane quoniam *omnia* [21] *bona* tibi ab ea donata & tradita dicis: ad hoc, & a filio ficta venditio rerum maternarum afferre perfecta etiam donatione [22] poterit defensionem, ne vel exemplo [23] inofficiosi testamenti possit hæc avocare.

De tutore, & ejus uxore.

5. Iidem AA. Gratiæ.

CUm ipse tutor nihil ex bonis pupilli, quæ distrahi possunt, comparare palam, & bona fide [24] prohibetur: multo [25] magis uxor ejus hoc facere potest.

Si emptrix venditori nupserit.

6. Iidem AA. Lucretio.

SI Gaudentius in matrem tuam titulo venditionis [26], sine quadam fraude dominium mancipii transtulit: non [27] idcirco, quod postea inter eos matrimonium, & divortium secutum dicitur, juri ejus quicquam derogatum est: quod vindicare, te matri tuæ successisse probans, minime prohiberis.

De simulatione.

7. Iidem AA. Pisoni.

SI ancillam ex emptione sibi quæsitam, mater tua donatione a secundo [28] marito postea [29] se simulavit accepisse: tituli falsi [30] figmentum, [donationis] dominium ei duplicare, vel auferre non potuit.

Si pretium solutum non sit.

8. Iidem AA. Diogeni.

SI non donationis [31] causa, sed vere vineas distraxisti, nec pretium numeratum est: actio tibi pretii [32], non eorum, quæ dedisti, repetitio [33] competit.

De pretio.

9. Iidem AA. Severo.

EMpti [34] fides, ac venditi, sine quantitate [35] nulla est. Placito [36] autem pretio, non [37] numerato, sed solum tradita possessione, istiusmodi contractus non habetur irritus: nec idcirco is, qui comparavit, minus recte possidet, quod soluta [38] summa, quam dari convenerat, negatur. Sed [&] si donationis [39] gratia prædii factam venditionem traditio sequatur: actione pretii nulla competente, perficitur [40] donatio.

De emptione simulata rei propriæ.

10. Iidem AA. Georgio.

SI mater tua velut ex patris [tui] bonis prædium suum compatavit: cum rei [41] propriæ [42] non consistat emptio, & hanc simulatam proponas, hujusmodi placitum mutare substantiam [43] veritatis, & ei nocere non potuit.

De invito.

11. Iidem A A. Paterio.

INvitum comparare, vel distrahere [44] postulantis desiderium, justam causam non continet. [45]

De fidejussore, de instrumento, de petitione pretii, de pœnitentia.

12. Iidem AA. Paterno.

NOn idcirco minus emptio perfecta est, quod emptor fidejussorem [46] non accepit, vel instrumentum testationis vacuæ possessionis amissum est: nam secundum consensum auctoris in possessionem ingressus, recte possidet: pretium sane, si eo nomine satisfactum [47] non probetur, peti potest: nec enim, licet [48] in continenti facta, pœnitentiæ [49] contestatio consensu finita rescindit.

De conditione collata in arbitrium contrahentis.

13. Iidem AA. Juliano.

IN vendentis [50], vel ementis voluntatem collata conditione comparandi, quia non [51] astringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est [52]: Idcirco dominus invitus [53] ex hujusmodi conventione rem propriam, vel quilibet alius distrahere non compellitur.

An cuivis personæ vendi possit.

14. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Fabiano, PP. Illyrici & Italiæ.

tit. 1. *cap.* 10. 1 Adde *l.* 65. §. 7. *ff. eod.* 2 Ἀπαγόρευσις πολλάκις πολὺ κῦρος κέκτηται ἐκ τῆς κτήσεως διαθέσεως. Renunciatio sæpius in jure dicitur societatis dissolutio. 3. Harm. 10. §. 16.

3 Vide 18. D. 1. 6. 3. C. Theod. 3. Oldendorp. *classf.* 4. *act.* 1. 2. 3. 4 *L.* 15. ϒ. *de præscript. longi temporis.* ut & donatio. *l.* 27. *in fin. l.* 30. *in pr.* ϒ. *de donat.* Hoc res redit, inter absentes contrahi posse venditionem. *l. ult.* ϒ. *si quis alteri vel sibi.* non est idem in oblatione rei furtivæ a fure facienda: fur enim non liberatur, nisi rem præstentem obferat. *l. fin. ff. de condict. furt.* etiamsi absentis gratia possit fieri novatio. *l.* 17. *ff. de condict. furt.* 5 Vide Baldum *hic*, Bartolum ad *l. cunctos populos.* §. *de summa Trinit.* & Tiraquellum *in tract. de utrœque retractu tit.* 1. §. 1. *glos.* 2. *num.* 46. *cum seq.* Mod. 6 *L.* 1. §. 2. *l.* 9. *ff. eod.* 7 Proprie sumptum. *l.* 5. *l.* 40. *ff. de reg. jur.* tacite tamen consentire dicitur. *l.* 2. §. 2. *in fin. ff. soluto:* de furioso dixi plenius ad *l.* 13. §. 1. *ff. de officio præsid.* 8 Intermisso furiosi, inumbrata ejus quies. 9 *L.* 7. §. 1. *ff. de public. & vectigal.* 10 Verbi gratia, matrimonium. *l.* 16. *in fin. ff. de ritu nupt.* testamentum. *l.* 17. *ff. qui testam.* 11 Et testamenta. *l.* 9. ϒ. *qui testam.* 12 Donationis causa vel gratia emptio, *hic.* & *l.* 9. *in fin.* ϒ. perficitur, quoties re ipsa donandi animus est, venditionis tamen color & nomen quæritur: quoties, inquam, id videri volumus vendidisse aut emisse, quod donamus ipsi, vel donatione ab aliis accipimus. *l.* 55. *ff. eod. l.* 3. §. *plus valere quod agitur quam quod simulate conceptum. l. ab Anastasio* 23. §. *mandati.* 13 Ἀποστερεῖν ἄκυρον εἶναι, ἢ τὴν ἀλήθειαν. *Syn. Basil.* 10. *tit.* 5. *cap.* 12. 3. Harm. 3. §. 36. hoc sensu: Donationis causa facta venditio, irrita est, si quis autem fundum ea lege vendidit, ut pretii loco emptor alimenta sibi præberet, recte cogit eum pactis conventis stare. *Synopf. Basil.* 19. *tit.* 5. *cap.* 12. Idem dicendum, si remisisti pretium, vel rem minoris vendidisti. *l.* 9. ϒ. *eod.* 14 *L.* 36. *ff. eod.* valebitne donatio? valebit. *l.* 9. *in fin.* ϒ. *eod.* & ita, si non valet quod ago, ut ago, valet ut valere potest. Non valet ut venditio, valet ut donatio: inspicitur voluntas contrahentium, quibus animus fuit donare: ita ut verus contractus donationis prævaleat simulatæ venditioni. adde quæ dixi §. *plus valere.* 15 Donatarius implere cogitur modum vel conditionem donationi adjectam. *l.* 22. *in fin.* ϒ. *de donat.* 16 Id est proprietatis. vide *l.* 78. *ff. de verb. sign.* nam ex pluribus causis possidere possumus. *l.* 3. §. 4. *ff. de acquir. vel amitt. possess. l.* 159. *ff. de reg. jur.* 17 Vide *l.* 48. *ff. de pactis.* 18 *L.* 10. ϒ. *eod. l.* 16. *ff. eod. l.* 40. *ff. de pign. act. l.* 37. *ff. de venditi. indeb. l.* 28. *ff. de acquir. vel amitt. possess. l.* 45. *ff. de reg. jur.* potest tamen emi possessio rei suæ, vel jus in eam competens alteri. *l.* 32. *l.* 34. §. 4. *ff. eod.* potest etiam emi sub conditione. *l.* 41. §. 2. *ff. de legat.* 1. *l.* 98. *ff. de cond. & demonst.* 19 Emptio scilicet. 20 Fingamus rem fuisse tibi donatam ab uxore. *l.* 1. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* & ab ea revocatam. *l.* 2. *in fin.* ϒ. *de donat. inter virum & uxor.* 21 Donatio hæc bonorum omnium est immensa. 22 Inofficiosæ scil. ut sit sensus: Quod per inofficiosæ donationis querelam nobis avocari potest, id emere possumus. 23 Vide *l.* 1. *in fin. l.* 6. *in fin.* §. *de inofficiosis dotib.* 24 Alterius tutoris autoritate, causa cognita, & judicis decreto interveniente. *l.* 54. *ff. de administr. & peric. tutor. l.* 5. §. 2. *ff. de aut. tut. l.* 1. §. 2. *ff. de reb. eor.* Gutierrez *de Tutelis. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. & 8. Ant. 25 Tutor si res pupillares palam potest emere, multo magis ejus uxor: si jure non potest rem pupillarem emere, nec per uxorem id ei facere licitum fuerit. vide *l.* 5. §. 3. *ff. de auct. tut.* vide *l.* 5. §. *de legib.* dixi ad *Authent. Quibuscunque* 14. §. *de sacrosc. eccles.* vide *l. ult.* ϒ. *de rescind. vendit.* 26 Vel donationis. *l.* 22. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* 27 Donatio perfecta non vitiatur, licet perveniat ad casum a quo non posset oriri. *d. l.* 24. 28 Idem si a primo. 29 Fraudulenter admodum donat, qui rem propriam ab eo cui donare studet, sibi donatam confitetur. 30 Vide *l.* 1. §. *plus valere.* 31 Quidquid *dixem. n.* 40. §. *filiat. matr. & ad l. si quis arbitratu, n.* 2. *ff. de verb. oblig.* Socin. Jun. *ad d. l. post tit. stipulatus. n.* 138. & *n.* 142. Mod. 32 *L.* 12. *in fin.* §. *de res vind. l.* 14. ϒ. *de rescind. vend.* 33 Retentio tamen potest competere. *l.* 19. *ff. eod.* 34 Ἡ τῶν ὑγροφανῶν πίστις. *Synopf. eod. cap.* 16. Harm. *eod.* §. 39. 35 Id est, fine pretio. *l.* 2. §. 1. *ff. eod. Inst. eod. in fin. princ.* Recte notat Cujacius 8. *ad Afric. fol.* 192. ex Galeno 11. *de differentiis pulss.* Numinum esse σύμβολον οὐσίας καὶ ποιότητος. & ex Plutone 13. *de repub.* σύμβολον τῆς κοινωνίας. Non idem in locatione, quæ certa ponderatione aut modatione fieri potest. Plin. 9. *epist. non nummo, sed pretium tacuerat.* 36 Venditor emptori rei possessionem tradidit; de pretio inter contrahentes convenit; pretium venditori emptor non numeravit: potestne emptor iritam habere venditionem, invito adversario, eoque invito ab emptione discedere? Imo potestne creditor ejus rem ab emptore avocare, quali nondum plene perfecta venditione? non potest. *hac l. in principe.* Quin emptor, male fidei possessor eo casu non videtur, etiamsi pretium non solvit. *vers. nec idcirco.* Quid si donationis gratia feu donandi animo speciem vendidisti, & rem tradidisti? ea ita tradidit, ad pretium, quasi venditor experiri non potest; cum re ipsa ab initio non vendiderit, sed donaverit. adde *Synopf. eod. d. cap.* 6. Harmen. *d.* §. 39. 37 Nec numerato. puto commodius ita legi. 38 Solutio pretii non facit venditionem, sed consensus, poteft enim fides haberi de pretio. *l.* 19. *ff. eod.* adde *l.* 8. §. *de pretiosi. & commod.* 39 Dixi ad *l.* 3. §. *eod.* 40 Valet. *l. ult. ff. pro donato. l.* 21. *in fin.* §. *de transact.* 41 Nemo rem propriam emere potest: adeo ut, quamvis οὐσιωδῶς, id est, imaginarie videatur emere, nullum tamen præjudicium patiatur. *Synopf. eod. d. c.* 16. 42 Dixi ad *l.* 4. §. *eod.* 43 *L.* 2. §. *plus valere.* 44 Sensus est, ne scripto quidem Principis posse impetrari, ut quis invitus cogatur rem emere vel vendere. facit *l.* 13. *in fin. l.* 14. ϒ. *eod.* ideo coacta venditio rescindi potest. vide *l.* 1. ϒ. *de rescind. vendit.* potest tamen quis testamento damnari vendere. *l.* 66. *ff. de leg.* 1. vel ad id ratione communionis cogi. *l.* 13. §. 17. *ff. de adi. empt.* vel ut fami publicæ consulatur. *l.* 1. §. 8. *ff. de off. præf. urbi.* sed & ratione sævitiæ. §. *ult. Inst. de hii, qui sunt sui. l.* 2. *ff. de his, qui sunt sui:* vel favore quodam speciali rei abalienatæ. *l.* 2. ϒ. *de patribus qui fil. suos distraxe.* adde quæ dixi de invito ad *l.* 69. *l.* 156. *ff. de reg. jur.* Hæc quidem dicimus, non tamen intelligimus res suas quenquam cogi injusto pretio distrahere. *l. ult. ff. ad l. Jul. de annona.* 45 *L.* 5. §. *de obligat. & act. l.* 35. ϒ. *de jure deliberandi.* Adde Husum. *de propr. hominib. gnest.* 5. *n.* 40. & *seqq.* Antoni. Merend. 1. *controversi. cap.* 30. Ubi multos proponunt casus, quibus quis favore religionis & utilitatis publicæ cogi potest, ut justo pretio rem suam vendat. *Ant.* Add. Gomesius *tom.* 2. *var. resolut. c.* 2. *num.* 51. Covarrur. *lib.* 8. *var. resolut. cap.* 41. Mod. 46 Fidejussor & instrumentum traditæ possessionis ad substantiam emptionis non pertinent: ut hæc non sint, poteft ea subsistere. vide *l.* 12. §. *de fide infirmis. l.* 17. §. *de pact.* Aliud est in venditionibus, quas de scripto fieri convenit, in his enim scriptura requiritur. *Inst. eod. in pr. l.* 17. §. *de fide infirmis.* Venditio in scriptis non est, hoc ipso solo quod scripta sit, ut hodie fere omnes scriptura muniuntur: sed quas scripto fieri conventum est, aut in quibus lex scripturam requirit. vide Ferrariens. *in forma libelli in causa venditionis* 37. *in verb. vendidit.* 3. *num.* 2. 47 Vide *d. l.* 12. 48 *L.* 19. *in fin. ff. eod.* 49 Dixi ad *l.* 5. *in fin.* §. *de oblig. & act. l.* 39. §. *de transact.* 50 *L.* 7. *ff. eod.* 51 Obligationis vis est in astringendo feu vinciendo. *l. obligationem.* 44. *ff. de action. & oblig.* unde obligatio juris vinculum. *pr. Inst. de oblig. l. quidquid astringendo.* 99. *ff. de verb. oblig.* ut hinc colligas obligationem impropriam esse quæ non astringit necessitate. 52 Hoc dicit breviter: Contractus collatus in arbitrium alterius ex contrahentibus non valet. quod an sit verum & æquitati consentaneum, docebunt te Canon. Socin. & Alex. *ad l.* 1. *ff. solut. matr. & ad l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig.* Afflictus *decis.* 337. *n.* 10. quid item in dote hic dicendum. vide *l. cum post.* §. *genere. ff. de usuris.* 53 Vide *Tiraquellum ad l. post dotem. n.* 40. §. *filiat. matr. & ad l. si quis arbitratu, n.* 2. *ff. de verb. oblig.* Socin. Jun. *ad d. l. post tit. stipulatus. n.* 138. & *n.* 142. Mod.